

attollitur a duobus. **P**rimo quod a lumi-
 nosa conuersione. **S**ecundo a gratiosa
 et excessiua perfectione. **E**ius luminosam co-
 uersionem innuit lucis comparatio cum pre-
 mittitur. **L**uci comparata. **S**ed eius excessiua
 perfectionem ostendit comparationis platio-
 cu subditur. **I**nuenit prius. **C**irca primum
 est sciendum quod beata lucia recte comparatur
 luci ratione gratie specialis. de quo patet
Ep. iij. **E**ratu aliqui tenebre nunc aut lux in
 dno. **H**omo enim sibi ipsi derelictus est. sicut
 tenebra erroris scilicet et uiciorum. sed per gratiam
 dei illustratus quod imagine rationali renouat.
 et in diuina similitudine transformatur. tunc
 efficitur lux in dno. quod inducit proprietatem lu-
 cis quantum ad duo. **P**rimo quantum ad situm.
 quia hominem terrenum celestem facit. **E**t quantum
 ad conuersionem. **Phil. iij.** **P**ostquam au-
 tem conuersatus in celis est. et quantum ad af-
 fectionem. quia dolent et ingemiscunt de in-
 colatu presentis uite dicentes cum propheta.
Mheu mihi. quia incolatus meus prolongatus
 est. **Et iij. cor. v.** **P**am in hac uita ingemiscimus.
 in semper gemere debemus ut dicitur glo-
 riam. **I**ncolatus presentis miserie feruide desiderantes
 habitationem nostram que de celo est.
 per quod intelligit reformationem corporis
 gloriosi quod uirtute cetera et diuina con-
 figurabitur corpori claritatis christi. **E**t etiam quan-
 tum ad seruidum dilectionem bonorum eterno-
 rum. **U**nde de discipulis legitur. **U**ri galilei
 quid statis aspicientes in celum. **E**t quia ubi
 amor ubi oculus. **I**deo scribitur matth. viij.
 ubi est thesaurus tuus ubi et cor tuum. **S**ecundo
 lux gratie facit hominem celestem quantum
 ad statum. quia de homine materiali terreno
 et passibili facit hominem imaterialem celestem
 facit et impassibile. **Q**uod patet. **P**am
 homo ex dono gratie omnia terrena et ma-
 terialia propter christum contemnit. et sic de
 materiali imateriales facit. **Q**uod bene pa-
 tet in beata lucia que totum suum matrimo-
 nium pauperibus distribuit. **I**tem omnes tribu-
 lationes huius mundi propter christum subire
 non respuit. et sic de passibili impassibile fa-
 cit. **Q**uod bene patet in beata lucia que totas
 agones pro christo uoluntarie subegit. **I**tem
 de homine terreno celestem facit quando per
 uirginalem continentiam in carne existens pro-
 ter carnem uiuit. **Q**uod secundum hieronimum. **N**on
 est humana uita sed celestis. **Q**uod beatus fe-
 licit beata lucia que deo iocundum habitacu-
 lum in sua uirginitate preparauit. **S**ecundo
 beata lucia comendatur ab eius gra-
 tiosa et excessiua comparatione. cum subditur.
Inuenit prius. **I**maior/excellentior/et per-
 fectior. **I**uxta illud quod dicit iohannes ba-

ptista de christo. **P**ost me uenit uir per
 coram se. **S**ecundum naturam qui ante me factus est.
 id est. mihi placuit est. ut dicit glossa. **P**rius
 id est. maior/nobilior/et excellentior me erat.
Potest autem dici quod lux habeat in aspe-
 ctu speciositate. in tactu suauitate. et in mo-
 tu fecunditate. quia fecundat omnia terre
 nascencia. primo etiam omnia uitam corporalem
 habentia. **E**t quia beata lucia lucem omnem
 corporalem in his tribus incommensurabiliter exce-
 dit. **I**deo rationabiliter eius excessiua perfe-
 ctio ex platione lucis accipitur. cum dicitur. **L**ux
 comparata inuenitur prius. **Q**uod sic est uide-
 re. **P**am beata lucia propter candorem inter-
 ne puritatis. fuit ei omni luce speciosior. propter di-
 coem interne contemplationis. fuit enim luce
 suauior. sed propter uiciorum interne germina-
 tionis. fuit enim luce fecundior. **D**e primo pa-
 tet. **D**ens enim rationalis fulgore gratie illu-
 strata tanto magis et candore inobfuscabilis
 puritatis quod merito ipsam quilibet intelle-
 ctualis oculus admirat. **I**uxta illud. **E**ccl.
 iij. **P**ulcritudinem candoris eius admira-
 bitur oculus. **C**um enim mens rationalis et ma-
 gis ad gratiam illustrata sit quodammodo magis
 deuota et exemplata a luce increata que
 secundum Augustinum. **de tr. ar.** **E**st tante puritatis
 et tante iocunditatis quod si eam solum per unum
 momentum contempleri liceret merito prius
 de mille annis plenius uice pleni delicias con-
 temnerent. **E**t ideo non est mirum si talis
 mens per gratiam illustrata omnem claritatem
 et pulcritudinem cuiuscumque lumis creati
 comparabiliter excedit. **E**t ideo scribitur. **1. ap.**
 viij. **H**ec est enim speciosior sole. **Q**uia secundum
 Augustinum. **L**umis intellectualis ad quodcumque
 lumen corporale nulla est comparatio et eius
 candor et ornatus est super omnem stellarum di-
 spositionem quam uiciorum excedit talis mens. **E**t
 secundum claritatem lucis et secundum speciositatem uen-
 stas. et etiam secundum rectitudinem ordinis. quia
 talis mens in omnibus suis actibus et moti-
 bus est melius ordinata secundum beneplacitum diuini
 num quam stelle celi secundum nature sue cursum. **E**t
 hanc puritatem in beata lucia deuotissime san-
 cta agatha quantum dicitur. **H**orum mea lucia deo
 deuota quod a me petis quod ipsa poteris pro-
 fitare continuo matri tue. **P**am et iocundum
 in tua uirginitate habitaculum preparasti.
Et hec puritas et speciositas mentis est uer-
 ra illa castitas de qua dicitur. **Qui caste uiuunt**
templum sunt spiritus sancti. **S**ecundo pa-
 tet. **C**ontemplatio enim mentis interior que
 consistit circa apprehensionem qualemcumque
 dei et substantiarum se patarum est anime summe
 delectabilis et delectiosa. **E**t ideo dicitur per
 Augustinum. **de contemplatione** affert mirabiles delectationes